



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Theodorvs C. 22. Aprilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

226 *Vita Sanctorum.* 22. A P R.  
ta, peccantis hominis typum esse dixit,  
qui libertate suâ spoliatus, ad arbitrium  
Stygii ancupis viveret. Itaque qui jam  
nos circumspicimus, si ANSELMO  
credimus, mali dæmonis ludus, lepus-  
culi, & aviculæ captivæ sumus. Nec ta-  
men stulti lepores fugimus, nec avicu-  
læ filum rumpimus: quin quod omnem  
stultitiam exsuperat, cantitare etiam in  
tantis miseriis juvat, Ex Edinero.

S. THEODORVS C, 22. Aprilis,

THEODORVM sexennem mater ad  
omnem licentiam informabat, cùm  
S. Georgius, ne filium Cæli Imperatori  
autoratum vitæ corruptelis effæmina-  
ret, præsens admonuit, pueri deinceps  
in sanctitate magister. Eunti ad Ædem  
sacram dux adfuit viam præstigiis Orci  
præceptam & impeditam aperiens;  
matri quoque, si à pietate filium avo-  
caret, stricto mucrone exitium mina-  
tus. Prope interitum THEODORVS  
erat, quando decantatus ille Proteus,  
assumptâ contubernalis formâ, incau-  
tum in præcipitum intulit præsultor  
ipsius factus, eumque exemplo tractu-  
rus, nisi custodis cura prævaluisset. In  
templo Christum cum Virgine matre  
præsentem aspexit, à quo ad sanctiorem  
militiam invitatus, illico stipendia fa-  
cere cœpit. Giganteum credidisses vim  
celo illaturum, si labores spectas.

Mira-

P R.  
ixit,  
tium  
jam  
MO  
pus-  
c ta-  
ricu-  
uem  
m in  
  
rilis,  
er ad  
cūm  
itor  
ina-  
ceps  
dem  
Orei  
ens;  
avo-  
ina-  
RVS  
eus,  
cau-  
ultor  
ctu-  
. In  
re  
rem  
n fa-  
vim  
les  
ira-

23. APR. Vitæ Sanctorum. 227  
Miraculis morborumque medelâ clausus, quos aliis abstergit, sibi gratulatus est dolores, eos divinæ in se voluntatis argumenta dictans. Venenum impiorum invidiâ mistum Reginæ cælorum benevolentia superavit, quæ piorum mensis securitatem assert, certiore utique quam ii, qui periculosa Principum epulas gustu explorant. Huic Reginæ Cælitibusque tam charum quid mirum est, si Reges nostri orbis suspergerunt, neque passi sunt THEODORVM voto suo potiri, qui cum probra fitire, vel invitus honoribus mactatus est?

*Ex Surio.*

B. ÆGIDIUS C. 23. Aprilis.

ÆGIDIUS tertius Assisiatis Francisci asecla, ingenuo sanctoque mentis candore ad insigne virtutis culmen pervenit. Virum, e S. Dominici familiâ, eximiâ doctrinâ, de perpetuâ Deiparæ virginitate dubium sibi que difficile consentientem, tali prodigio contrâ ancipitem cogitationem confirmavit. Ter scipione terram impulit, dicto singulos ictus prosecutus, hoc ordine: *Maria Virgo ante partum*: *Maria Virgo in partu*: *Maria Virgo post partum*: & mox lilia totidem ad scipionis impulsu Ægidiique vocem solo emerserunt. Tertio ante suum natalem die, Christus ei spectabilis

P 2

ad-